



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

14. Ex tertia parte Decreti De Consecratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

446 DE DISCIPL. ECCLES.
custodiri si placet, sententias, causas, & subscri-
ptiones proprias omnes commodate, vt synoda-
li iudicio aditus claudatur illicitis.

C A P V T X I V.

Decreti 3. parte. De Consecratione. Distinct. 1.
C. 44. Vasa, in quibus sacrosancta conficiun-
tur myteria, calices sunt, & patenæ; de quibus Bo-
nifacius martyr, & Episcopus interrogatus, si li-
ceret in vasculis ligneis sacramenta conficere re-
spondit: quondam sacerdotes aurei ligneis cali-
cibus utebantur: nunc è contrario lignei sacer-
dotes aureis vtuntur calicibus. Distinct. 3. Ca. 17.
De pœnitentibus verò qui siue ex grauioribus
commisissis, siue ex leuioribus pœnitentia gerunt,
si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante
Pascha eis remittendù Romanæ Ecclesiæ consue-
tudo demonstrat. Cæterùm de pondere æstiman-
do delictorum, sacerdotis est iudicare, vt atten-
dat ad confessionem pœnitentis & ad fletus, atq;
lachrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti,
cum viderit congruam satisfactionē. Sanè si quis
in ægritudinem incidit atq; vsque ad despera-
tionem deuenit, ei est ante tempus Paschæ re-
laxandum, ne de sæculo absque communione di-
scedat. Dist. 4. Ca. 94. Huiusmodi transgressores
Pontificali auctoritate correcti ad cultum, Chri-
stiani dogmatis reuocentur: vt quos propria vo-
luntas non emendat, animaduersio sacerdotalis
coerceat.

Decreti 3. parte. De Consecratione. Distin. 4.
Ca. 118. De clericis autem, & monachis, aut puel-
lis

lis Dei, aut sæcularibus seruari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna synodus circa eos, qui lapsi sunt vel fuerint, seruandum esse constituit, vt scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore, aut periculo se, vt rebaptizentur hæreticis impiè dederunt; si tamen eos ex corde poeniteat tribus annis inter audientes sint: septem autem annis subiaceant inter poenitentes manibus sacerdotum; duobus autè annis etiam oblationes modo omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo sæcularibus in oratione socientur, nec confundatur Deo colla submittere, qui eum non timuit abnegare. Pueris autem quibus, quòd adhuc impuberes sunt à pubertate vocabulum est, seu clericis, seu laicis, aut etiam similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur etatis, aliquamdiu sub manus impositione detentis reddenda communio est: nec eorum est expectanda poenitentia, quos excipit à coercitione censura. Decreti 3.

parte. De consecratione. Distinct. 5. C. 20. Cu-

rat enim vulnera delinquentis, cu-

ratosq; sanctificat ieiunium.

REVE-